Apud eosdem lex erat / ut filias. sorores matres quoq; ipsas imatrimoniū ducere liceret. & quæ apd̄ nos infanda sunt coniugia / apud illos legitima habebantur. quod totū ut barbaricū ac detestabile prorsusq; ferinū sic suggillat & execratur lentulus apud Lucanū. Nū barbara uobis ē ignota uēus: quæ ritu ceca ferarum. polluit inumeris leges & federa tedæ cōiugibus: thalamicq; patent secreta nephandi iter mille nurus. epulis uexana meroq; Regia nō ullis exceptos legibus horret cōcubitus. tot scemineis cōplexibus unū: Non lassat nox tota marem. iacuere sorores in fratrū thalamis sacrataq; pignora matris.

Lucanus in incestū parthorū.

Magi quoq; qui Philosophi sunt persarū ex ritu diræ sup̄stitionis nascūtur ex infando matris filiiq; concubitu. Quod & Catullus ostendit illo uersu. Nam magus ex matre & gnato gignatur oportet: Si uera est persarū impia relligio. apud eosdem fas nō est ex puere imare lauare corpus in flumine / & me

Magi ex cōcubitu matris & filii.

iere in amnicas aquas: naturam eam talibus usibus
uiolari existimantes.

Trausi

Luctuo-
sa puerpe-
ria.

Trausi. q. sūt thraciæ populi habēt luctuosa puer-
peria fūera lætabūda. nāq; edito puero. propīqui eū
circūfidentes cōploratione psequūtur. recensentes
quascūq; necesse est illi: q; uitā ingressus sit: perpeti
humanas calamitates: eū uero q; fato fūctus deceffe-
rit p lusum laticiaq; sepeliunt referentes quot malis
sit liberatus: tāq; mors eripiat homines a malis non
a bonis. Res hæc in ædibus bentiuolorū in ambula-
cro uiridarii graphice depicta est Monochromateo
genere picturæ. cui sub scriptū legitur nostrum hoc
monostichō. hi uitæ erūnas deflēt. hi fūera plaudūt.

Hi uitæ
erūnas

deflent.
Massage

Exēplū
cratetis.

Alāi cre-
ophagi.

Ichthio-
phagi.

Galacto-
potæ.

Massagetæ in uia in propatulo sine pudore con-
cūbunt tāq; cynicorum dogmata probent. & cratetis
sectentur exemplum. qui in porticu in loco celebri-
coram luce clarissima cū uxore hipparche cōcubuit:
quos zeno. iniecto palliastro a circūstantis coronæ
obtutu defendit protexitq;.

Alani creophagi sunt hoc est carnibus alūtur pa-
ne non uescentes. a dogmate pythagorico deuii pe-
nitusq; abhorrentes.

Ichthiophagi solis piscibus uictitant / unde & no-
men. tāq; illorum sectam emulentur / quorū uita pis-
culenta est: esu carniū interdicto.

Galactopotæ lacte nutriūt: qd & nomē ostēdit
Egyptiorū mos iste cōiualis memoratur, ex li

gno simulacrū mortui factū longitudine cubitali si
 millimū uero circūfert unus in cōuiuio / ostendensq; Mos egypti
 id singulis coepulonū ait / tu in hunc intuens. ede bi / priorū.
 be lude talis post mortem futurus : Quem ritum si Ede bibe
 gnat & filius canens / egyptia tellus corpora & a mē
 fis exanguem haud separat umbram .

Iidē egyptiī sed & ethiopes. & colchi circūcidunt
 genitalia: qđ nūc prope peculiariter iudei obseruāt:
 q octauo die cultro petrino ex mosaica lege pueros Circūci
 circumcidunt. Iidem quolibet die saturni. hoc est sin fio .
 gulis sabbatis feriatī ociantur. Quod illud it Sene, Sabbatū
 ca ostendens septimam uitæ partem perdere iudeū. dies satur
 cui ut iquit Satyrographus septima quæq; fuit lux ni .
 ignaua. & partem uitæ non attigit ullam.

Germanorū uita oīs antiquitus in uenationibus Germāo /
 consistebat . oēs instrumēto uenatorio instructi feras rum uita
 uestigabant . ita duricie corporis firmitudiniq; stu / i uenatu.
 dentes . Quod genus exercitationis. ut uirile maxi
 me probat Plato libro . vii. de legibus.

Possē exempla hoc genus prope infinita con /
 gerere. sed occurrendum est facietati: cum satis supq;
 constet ex antedictis uerum esse prouerbium. quod
 ait. νόμος καὶ χώρα lex & natio. ex quo illd quo /
 q; cōmonemur plus in hominibus pollere leges & ri
 tus q̄ sui sideralem: qua mathematicis cuncta cōfieri Plus lex
 est persuasissimū: Nec enim ulla positura stellarū & pollet q̄
 radiatio esse potest: quæ omnes iudeos impellat ad sidera,

circūcisionē octaua die faciendā:ubicūq; nascantur.
nec possibile est oēs eūdē habere horoscopū eādēq;
geniturā:sed ex præscripto legis hoc fieri certum est.

Tincti christiani ex lege. Sic & christiani tincti fiunt hoc est baptizati non ex sidere natalitio/sed ex dogmatis nostri instituto.

Magus/ seu qui. Nec apud parthos. ac persas Magussei:sic enim appellātur incesta matrimonia ineuntes:habet oēs in natiuitate Venerem in domo Saturni cum saturno cōiūctam : quæ radiatione martis maleuola aspi ciatur. nec germani omnes habent horoscopum in quarta parte leonis/ nec oriente canicula nascuntur: quibus sideribus horoscopantibus.ex sideralis scien tiæ placitis uenatores producuntur.

Lex getu lorum. Apud getulos lex est a mulieribus agros colit/Do mos ædificari:omnia odora menta unguentaq; asp/ nantibus : uestes quoq; infectu coloris prætiosas fa stidientibus.e cōtrario uiri hisce oibus oblectantur cū sint tamen bellicosissimi. nec tamen dicendū est foeminas omnes getulos; i Capricorno aut Aquario male affectam uenerē habuisse:nec uiros oīs i Arie/ te una cū marte uenere constituta natos esse: Q uod fortes simul & delicatos, efficere uiros chaldeorum siue mathematicorū decreta conclamant.

Cætera de genere hoc adeo sunt multa loquacē de lassare ualent fabium. Sat nobis sit sūmatū ista li basse.nec in hæc diuertisse fuerit alienū ppter inuul garā assertionē : qua traditū ē oīa quæ agūt homies

& minutissima quæq; fieri ui siderali fatiq; decreto.
 Nos potestati stellarum multa imo maxima tribui-
 mus: Non inficiamur terrena celestibus ancillari:
 esseq; ipsius fati necessitati obnoxios mortales. qđ
 & mox paulo planius liquebit. Sed & libertatem ar-
 bitrii & legem & cōsuetudinē plurimū pollere i ho-
 minibꝰ alacriter asserimus: id quod præter ceteros
 sentit Apollóius Tyaneus: qui ait apud Philostratu
 tum homines naturæ legiq; seruire. Alioqui si homi-
 nes nihil sua sponte/nihil arbitrato suo faciāt sed du-
 centibus stellis & aurigantibus: non plane homines
 non λογικα ζωα idest rationalia animalia: sed lu-
 dica quædam præstigiatorum & ridēda neruisꝰ mo-
 bilia esse uidebuntur.

Apollo
 nius.
 Hoies ser-
 uire legi.

Ex hoc eodem prouerbio, quod est νομος και
 χωρα lex & natio / admōemur pulchrum esse mul-
 tās terras peragrai / multarū nationū leges & mores
 inspicere. Pars sapientiæ non minima est nouisse gē-
 tes multiugas & gentium ritus. Sic poetæ heroas il-
 los singulari præditos sapientia fuisse declarant: qui
 peregriatores extitissent multaq; loca erroribus diu
 turnis peragrasent, sic ille ingeniorum fons Home-
 rus Vlysssem præconio uirtutis extollit: qui mores
 hominum multorū nouit & urbes. Ex hac laude cē-
 sendus est Protonotarius meus Bentiuolus, qui su-
 scepta hierosolymaria peregrinatōe. uoluit præfens
 oculis contemplari loca religiosissima: quæ auribus

Peregria-
 tio lauda-
 bilis.
 Protono-
 tarius Bē-
 tiuolꝰ pe-
 tiit hiero-
 solyma.

Pluris absēs celebrari quotidie iaudiebat: q̄ cū plautino mi
oculatus lite cōgruēs dicēte pluris ē oculatus testis unus q̄ au/
testisq̄ riti decē: Duce religione itrauit maria magnas terras
auritus. obeūtia & p̄itissimas iudeā gētes accessit. Hieroso
Vmbili- lyma quē iudeā umbilicū tradūt itroiuit, ubi tēplū
c⁹ iudeā illud Solomōis famigeratū: & cætera monumentis
Syon spe historicoꝝ loca celebrata p̄spexit. Syon ascēdit: quæ
cula. arx uel specula interp̄tatur. Vbi sepulchrū Domini
 sanctitudinis & uenerationis plenū uenerabundus
 salutauit. & sanc sacra scripturā lucidius is intuebi
 tur. ut inqt Diuus Hieronymus: q̄ iudeā oculis cōtē
 platus est: Sicut græcoꝝ historias magis intelligunt
 qui uiderint athenas. Laudabile est fuisse hierosoly
 mis: & si laudabilius est hierosolymis bene uixisse.
 Cōmonescit nos frugiferū hoc prouerbiū $\mu\omicron\mu\omicron\sigma$
 $\kappa\alpha\iota \chi\omega\rho\alpha$ ut ex contēplatione uariarū nationū &
 morū: quæ laudabilia sūt & sancta emulabūdi secte
 mur: quæ culpabilia & obscena factu uitabundi re
 pudicimus.

Prouer Paroimia grecoꝝ ē $\tau\rho\upsilon\gamma\omicron\mu\omicron\sigma \lambda\alpha\lambda\eta\sigma\tau\epsilon\rho\omicron\sigma$ tur/
bium. tūre loquacior: quæ de loquutuleis: & blaeteronibus
Turture atq; i uerba prouectis hominibus dicit: quoniā tur/
loquacior tures nō solū ore: sed etiā posterioribus mēbris reso
 nare ac obstrepere credūtur. Docemur hoc p̄uerbio
 salubriter & scite ne simus futiles. & imodici loquu
 tores ne os nostrū scateat uerbis lapsantibus: ne lo
 quacitatis neuo deueustemur: cui cō simile est alterū.

illud. το Δωδωναίου χαλκείου Lebes dodoneūs Lebes do
 cuius meminit menander . Fuit enim dodone lebes doneus
 æneus supra columnam in sublimi positus / puer au
 tem & ipse ex ære fabrefactus in altera cominus co/
 lumna constitutus flagellum æreum tenens flante
 uento lebetem æneum persæpe circūactus percutie
 bat / & ita diu lebes ille resonabat . Vnde adagium
 hoc ortum est de garrulis & nimium diu tinnienti/
 bus. Quod ne de nobis merito dicatur / etiam atq;
 etiam cauendum est . Natura nos tacita quadam in
 stituitione formauit ad parciloquium quæ duas ho/
 mini aures dedit / os unum. ut plura uidelicet audi
 ret q̄ loqueretur. In multiloquio ut inquit Solomon
 in prouerbiis peccatum non deerit . Contra sermo/
 ni parci. multis de causis salutare est . ut inquit pru/
 dentissime Plinius . Multi impendio loquaciores
 sæpenumero uoces effutiunt : quæ mox per iugula
 reuertūtur. & sæpe lubricum linguæ trahitur ad pœ
 nam : q̄ uis iureconsulti non trahendum esse præci/
 piam ad legem Iuliam maiestatis . ut inquit ille ne
 scituox missa reuertit. & simul emissum uolat irreuo
 cabile uerbum.

Lubricū
 linguæ.

Hic laudatus Xenocrates ille Platōicus: q̄ cū ma
 ledico quorūdam sermoni taciturnus itersset. uno
 ex his quærete cur solus taceret / scitissime respōdit
 qa dixisse me inqt aliquādo pœnituit / tacuisse nūq̄:
 Græci dicūt . ψυθιρον αμδρα εκβαλε σης οικιασ

Xenocra
 tis respō
 sum.

Symbo
lū pytha
goræ.
Htrūdo
eliminā
da.
Silentiū
pythago
reorum.

id est hominē loquacē ex edibus suis explodito. cui
concinit symbolū illud pythagoræ / hirūdinē in do
mo non suscipiendā / quod significat garulos & uer
bosos homines sub eodem tecto non habendos. hic
ē ille Pythagoras primus philosophiæ nūcupator q
loquacitatem improbens discipulos elinguabat: ni
hil eos prius docens q̄ tacere: Vbi autem erant silen
tio eruditi & $\epsilon\chi\epsilon\mu\theta\iota\alpha\mu$ id est taciturnitatem bene
didicerant / tunc uerba facere & quæ opinarentur ex
promere potestas erat : sed hoc erat primū sapientiæ
rudimentū meditari condiscere / loquiari dediscere.
nec omnes pari tēpore elingues. sed alius plus alius
minus tacebat. loquaciores in quīqueniū uelut exi
lio uocis puniebantur : bonum est auditores optimi
nō nūq̄ pythagorissare & $\epsilon\chi\epsilon\mu\theta\iota\alpha\mu$ pythagoricā
perdiscere: idq; facere. quod melissium mecenatem
factitasse accipimus : q̄ silentiū trienio sibi impauit.

Silentiū
mecēatis.
Fauete li
guis.
Pascito li
guam.

In sacris priscoꝝ ethnicorū. hoc est gentiliū silen
tium tāq̄ salutare præcipitur / in quibus notissimū est
illud uerbū: fauete linguis: quo silētium imperatur:
ut rite peragi possit sacrum nulla uoce mala obstre
pente. alterū est sacrificale uerbū minus uulgo notū
in eādē sentētiam / pascito linguam hoc est coerce
to cōtineto taceto. Nāq; ut scitissime refert hierony
mus & in Decretis canonicis. Di. v. de consecratione
repetitum est / uerborū multitudine nō flectitur de
us: qui non tā uerbis q̄ corde est adorandus. hic i ceri

monia Romanorū diuā angerōa digito ad os admō Angerōa
 to silentiū denuntiabat. huc quoq; pertinet Arpocra Arpocra/
 tes egyptiacā religionis deus: qui figurabat ore ob- tes.

signato uocē præmens digitoq; silentiū suadēs: Cū
 igit silentiū salutare sit. garrulitas stulta & detrimē/
 tosa: caueamus ne de nobis puerbia duo merito di
 cātur: τρυγομοσ λαληστροσ. i. turture loquacior
 & Δωλωμαιομ χαλκειομ. Dodoneus lebes. Ne
 similes simus mulierculis: quæ lingulacæ sunt & lar
 giloquæ: de quibus dictū est. nullā inuentā esse mu/
 tā in oī sæculo. & cū nihil æque fœminas ornet ac si
 lentiū / quod græce dicit σιγη κοσμομ φερεταισ

γυμνασι. Fœminæ nostri sæculi. hæc ornamenta non
 norunt. cultiū hunc repudiant. & schola Pythagoræ
 obturata gymnasiū loquacitatis aperuerunt. ubi si/
 ne Doctore dociles: imo ubi omnes magistræ sunt: Gymna/
 tam ueteranæ q̄ tyrūculæ. Vbi tot pariter pelues & siū loqua
 tintinabula dicas pulsari. & enim ut inquit uerissi
 me Plautus suppellex muliebris est clamor. citatis.

Nos uero decet meminisse: quēadmodū. natura
 uallū dentiū opposuit petulatiæ uerborū cohercen/
 dæ. Quod Homerus appellat εκκοσ οδομτωμ.
 ut ita uerba. quæ uolantiā poetæ appellant detractis
 p̄nis intra sepimentū hoc cohiberentur. bene enim
 existimatum est orationem non in ore nasci debere:
 sed in pectore. linguāq; quibusdam quasi uiclis suf
 frenandā. Nam ut inquit hesiodus. γλωσσοσ τοι
 Hesiod9

θησαυρος εν αμθρωποισιμ αριστος . idest opti-
mus est homini linguæ thesaurus.

Ennius,

Ennius i homine graphico absolutoq; laudat im-
primis linguæ parsimoniã. illo uersu. Secūda loquēs
i tēpore cōmodus & uerboꝝ uir paucōꝝ. Oratio flac-
co datū est uaticiniū: Garulus hūc qñ cōsumet cūq;
loquaces: si sapiat: uitet. Nos ergo ne garuloꝝ garu-
litate cōficiamur uitem⁹ loquaces. & ipsi pcul simus

Terfites
homeri-
cus.

a Terfita homerico, quē αμετροεπη. i. sine fine uer-
ba fundentē: Maximus poetarū eē scribit. Tacendū
semp est ut oli dixit Maro noster nisi cū aut tacitur-
nitas sit obfutura. aut Oratio p futura. Græci canūt.

κρειττον σιωπαμ η λαλειμ αμη πρεπει. & ου/
δεμ σιωπησ εστι χρησιμωτερον. idest melius
est tacere q̄ loqui indecora/nihil silentio est utilius.

τρυγον/
οσ λαλησ
τεροσ .
Cicada
acāthina.
Rana se/
riphia .
Tacitur/
nior tur-
do.

Ego adeo puerbiū hoc cauendū cēseo: turture lo-
quacior/ut suadeā potius illud alterū τεττιξ ακα/
μημοσ . i. cicada acāthina: & illud βατραχοσ σερι-
φιοσ idest rana seriphia: quod de mutis dicitur. & ta-
citur-
acāthinas cicadas. & item ranas in seripho insula ob-
mutescētes progigni: Mali equidē dici ut est in alio
græcoꝝ prouerbio . κωφοτεροσ κιχλησ idest taci-
turnior turdo. q̄ turture loquacior. sed cum uirtus sit
quaxdā. ut græci dicūt μετριοτισ . idest mediocritas
noli tamen ita seruare silentiū. ut silentio peream. id
quod amyclis ferunt contigisse. Vnde scite lucilius.

mihī necesse est loqui. nam scio amyclas tacendo pe Amyclae
 iisse. Scitū quoq; est illd. Caput sine lingua pedaria filētio pe
 sententia est: & ut inquit Flaccus. Cū uitant stulti ui riere,
 tia in contraria currunt. Ego in me cupio probari il/
 lud Oratianū. Dii bene fecerunt inopis me. quodq;
 pusilli finxerūt animi raro & per pauca loquētis. Lī
 gua quæ animi interpræs est. ut ait Lucretius animi
 tensa expromat nō ineptias. Occurrat hoc ī loco for
 tassis auditor Catus & solers. inquiring. qd tu magi
 ster. qui tā opere probas laconis mon. & laudas lin
 gua parsimoniā tam linguax es & largiloquus. cur
 qd in aliis carpis. id in te insignirer ostentas?

Audi auditor bone. loquacitatem futilem & īsci/
 tam taxamus: multiloquiū carpimus. in quo nulla
 subiecta sententia est. nec scientia. Sed si orator ex
 prōptuario litterario erudita depromit idq; longa fa
 cit oratione: non tā loquax q̄ facūdus est habendus. Loq̄ntia
 nec illa tā loquētia existimāda q̄ eloquētia. Cicerōis eloq̄ntia.
 oratio ut pximo utar argumēto ea dicit eē optima:
 quæ est lōgissia: qd ita? Quia eloquētissimus. erudi
 tissimus. elegātissimus ē. hæc autē fandi copia. & dap
 filis dicendi ubertas cū in cæteris Tullianis uolumi
 nibus elucet: tū in orationibus est eminentissima. de
 quibus dicere possumus id qd de Platonis oratione Phauori/
 phauorinus dicere solebat: si ex Ciceronis orationi/ nus d̄ ora
 bus uerbū aliqd demas mutesue. atq; id cōmodissi tione pla
 me facias de elegātia tamē detraxeris. Nō sūt lōga tonis.

quibus nihil est quod demer possis. & sicut arbores nihil perinde ac proceritas atq; altitudo comendat. ita Ciceronianas orationes nihil magis quam copia atq; ubertas exornat: quarum uirtutes multiuigæ sigillatim quotidianis lectionibus explicabuntur: & sole clarius apparebit. quod prouerbiū. τρυγομοσ λαλισ τεροσ. Turture loquacior. non cadit in Ciceronem. nec in alterum quempiam/qui fluente erudita ac lepidæ orationis inundet. sed in eos: qui cum loqui nesciant tacere non possunt: qui futili garulitate diffluentes ea loquantur. atq; deblacterant/ in quibus nec pes nec caput appareat. De quibus dici potest tertium quoque illud frequens apud græcos adagiū. γραωμ υθλοσ. id est anicularum deliramenta & nugæ. Quod uitium procul abfore dictis nostris scriptisq; promittimus: Quod ut impresentia re magis quam uerbo præstem/ comendiosiora percurrā. & quantum ad hoc prouerbiū pertinet uerbum non amplius addam.

Vetularum
nugæ.

Necessitas
cedunt
dii.

Liuius.

Palladius
Dionysius

Prouerbiū est Platonicum. αναγκη ουδε θεοι μαχορται. id est aduersus necessitatem nec dii qui dem pugnant: quo significatur necessitati nihil resistere. ac reluctari posse: Apud Liuium ait. L. lentulus pareatur necessitati: quam ne dii quidem superant: Apud eundem inquit messius uolscus: necessitate: quæ ultimum ac maximum telum est superiores estis. Scite & eleganter a palladio dictum est. Necessitas feris caret: Dixit Dionysius necessitati etiam

dei cedunt: Iosippus in bello inquit nihil est necessi- Iosippus,
tate pugnacius.

In Decretis canonicis. D. prima de cōsecratione.
Necessitas legē non habet. A Valerio maximo / Ne
cessitatis leges amarissimæ: & imperia truculentissi-
ma optimo epitheto nūcupantur. Plato & plotinus
platonius doctissime scripserunt parcas αμαγκησ Parca fi-
idest necessitatis filias eē: quæ una cū matre fusū tor- lia neces-
queant. & in cuiusq; generatione conuoluant. hinc sitatis.
platonius alter. nō minus nobilis Apuleius noster Apuleius
Deum inquit ultrix necessitas semper & ubiq; comi-
tatur. Ille quoq; ter maximus / ut nomine ipso appa-
ret / Trimegistus docet quēadmodum εμαρμενη Trimegi-
idest fatū & necessitas ambæ sibi inuicē indiuiduo- stus.
cōnexæ sunt glutino. quarū prior, εμαρμενη rerū
omniū parit initia. Necessitas uero cogit ad effectū.

Verū cū philosophandū sit iuxta Neoptolemū Philoso-
ennianū paucis. Iā a sublimioribus ad humiliora. a phandū
philosophicis ad historica trāsiliamus. quæ oppido paucis
iucūdiora sunt. Et cū multa sint ueterū memoriarū
documenta quibus manifestissime demonstratur ne-
cessitatē esse ineluctabilē inuicibilēq; erimus in præ-
sentia cōtenti hoc uno exēplo. qd præmanibus est:
quod ab re: quam molior haud quā est alienum: &
αμαγκη de qua loquor accōmodatissimū.

Attaginus Thebanus cōiuiuo magnifice lauteq; Historia
apparato Mardonīū ducē persarū / & cū eo honora- recondata

memora-
bilis. tiffimos p̄sas numero quinquaginta totidēq; Theba
Cōuiuū banū discūbere iussit. Aderat & huic conuiuio ther
attagini, sander orchomenius claritudine natalium insignis:
secundū cœnam cū libero patri parētarent. & pocu/
lis indulgerent persa ille. qui iuxta ther sandrū recū
bebat. hominem ut sit in conuiuali hilaritate interro
gat cuiatis esset. Ille respondet. se orchomeniū esse.
Tum persa quoniam inquit tu mihi mensæ cōsors
& compiansor es effectus : uolo tibi sententiæ meæ
relinquere monumentū: ut ipse quoq; præsciū hu/
ius rei queas tibi consulere. cernis hos persas cū mar
donio acceptos in conuiuio opipare ac magnificen
ter? Et copias quæ ī castris nostris relictæ sunt: horū
omnium paruo post tempore paucissimos cernes su
perstitēs: & interloquendum lachrymas ubertū effu/
dit. Tunc ther sander ea oratione attonitus ad p̄sam
inquit non ne Mardonio hæc expedit dicere & his
persis. qui secundum eum sunt ī existimatione? ille
Scitū p̄sæ autem subiecit uerbum dignum memoratu. O hos/
pes inquit. quicquid ex deo fieri oportet id hominī
ineuitabile est. Nam ne credibilia quidem dicenti/
bus credere quisq; uult. hoc permulti persarū scimus
Mardo- & tamen Mardonium sequimur illigati necessitate.
niū sequi hæc persa ther sandro orchomenio denarrauit ueridi
mur ne/ dicus prorsus uates. Siquidem mox paulo apud pla
cessitate, teas prælio iusto uicti & magna occidione occisi cui

denter ostenderunt necessitatē esse ineffugibilem: Ineffugi
& illud esse uerissimum: quod uelut ex oraculo ceci bilis ne/
nit cleantes. Ducū uolentē fata nolentē trahūt. cessitas.

Ex hac necessitatis lege: quæ impotentissima est
factū est ut ego nō Apuleiū prout uolebam destina
uerāq; sed. M. Tulliū de quo nihil penitus cogitarā
cogar publice profiteri. cur hoc dicā si potero. De
derā cōmētarios meos Apuleiāos Benedicto biblio Benedic/
polæ primi nominis eidemq; chalcographo: hoc est tus biblio
impressori elegantissimo iā pridē imprimendos: ut pola & i/
opus absolutū: hoc maxime tēpore: quo studioꝝ cul pressor.
turā auspicamur in publicū exiret ac promulgaret:
idq; se factusq; impressor ipse receperat. iāq; res bene
succedebat. cum ecce penuria chartæ quis crederet:
opus hesit i choatū. & enim proxima æstate: quā tor
rentissimā perpeffi sumus siccitate tāta laboratū est/
ut chartarii officinatores chartas glutino percurrere
& cōsequēter peragere nequiuerit. Itaq; hæc ciuitas:
quæ aliq; chartā finitimis populis affatū solet sub/
ministrare iopia chartæ sensit. cuius usu cōstat imor Sterilita/
talitas hominū. Nec hoc cuipiā mirum uideat cū Ti te chartæ
berio p̄cipe sterilitatē chartæ Romana quoq; ciui laboratū.
tas senserit: factūq; sit rei tam necessaria inopia: ut e
Senatu darentur arbitri chartæ dispensandæ. alias
in tumultu uita erat. Ergo igitur cum Apuleius a
carceribus ad metas impressorias progredi nequiue
rit ex animi nostri sententia: feci iuxta uetus uer-

Vt quisque **bum** illud: ut quimus aiunt / quoniam ut uolumus non licet /
& iuxta illud alterum. Si non potest fieri quod uis / id
uelis quod possis. Dedi manus $\alpha\mu\gamma\kappa\eta$ id est necessita
ti. cui uelis nolis parendum est: quam ne deus quidem su
perat. Verum memor ueteris prouerbii. quod ait gla
diatorem in arena capere consilium: nec illius senten

Consilium tiam oblitus / qua aiunt consilium sub manu nasci debe
sub manu. re: euestigio me ipsum consului nescio an bonum con
siliarium. consilioque domestico usus statim censui nihil
fieri posse congruentius: nihilque auditoribus utilius. quam
ut maximo Poetarum / maximus oratorum copularetur.
Itaque Lucio Apuleio / quem necessitas uetat. M. Tul
lium subdidi succedaneum. quod sane bono consilio

Columina factum uideri potest. ut scilicet duo columina doc
doctrina / trinarum alter Poetarum inclytissimus. alter orator
rum. Deus. ambo extra omnem ingenii aleam positi iuncti
iurent. Iunctique enarrant. & me hercules in utroque
omnes fandi uirtutes elucescunt: de quorum laudi
bus. melius est ad presens tacere quam pauca dicere: cum
ad laudandum pro merito. Virgilium & Tullium.
Virgilio & Tullio laudatoribus opus sit. praeterea
in libro Orationum mearum extant utriusque scripto
ris luculenta praconia.

Parthis Caeterum ne parthis mendacior ut dicitur inueni
menda / ar: neue dicar ut est in ueteri graecorum prouerbio
cior. $\kappa\rho\eta\tau\iota\zeta\epsilon\iota\mu$ hoc est cretas mendaces imitari: tantisper
 $\kappa\rho\eta\tau\iota\zeta\epsilon\iota\mu$ orationes Ciceronis enodabimus / Donec impressor

apuleianis interpretamentis extremā manū imposue-
 rit. Imponetur autem continuo post solemnia domi-
 ni natalicia christianorūq; saturnalia: tūc fidem exol-
 uam / tunc nomen expūgam. & quod iā diu promisi
 re ipsa præstabo. erit autem hæc procrastinatio scho-
 lasticis oppido q̄ conducibilis: Nāq; interea aliquot
 Ciceronis orationes explicabūtur a nobis. ea diligē-
 tia. eaq; oīfaria eruditione. ut ianua laxissime resera-
 ta reliquis deinceps oronibus oībus uideri possit. ut
 qui uel paucissimas audierit. cæteras sine interprete
 citraq; doctorē Adire ipse & p se intelligere queat
 haud sane difficulter. Anno autem a salute domini
 Milesimo quīgētesimo. quē iubileū nōmināt; pin-
 de ac auspiciatissimo & memorando anno Apuleiū
 fauste ac feliciter initiabimus. Et quoniā iubilei fac-
 ta est mētio. nō fuerit ab re pauca quædam ad iubi-
 leū ptinētia. hoc potissimū loco explicā: Vos ut cœ-
 pistis quæso libētibus animis & auribus auscultate.

Iubileus res est & dictio iudeorū. apud quos. quī De iubi
 quagesimus quilibet annus erat sacrosanctus. Nam leo scitu
 ut in leuitico scriptum legimus. Deus mosi qui cum digna.
 familiariter loquebatur præcepit ut annū quiquage-
 simū sanctificaret: eoq; remissio daret cūctis iudæ
 habitatoribus. Itaq; omnis uenditio redibat ad do-
 minum. omnis possessio ad pristinū possessorē. cre-
 ditores a debito relaxabātur. serui libertate donabā Iubileus
 tur. & ob iubilei sanctificationē agri erant feriatī. ex quid,

Remissa
noxarū.

hoc inditū est iubileo nomē. Quod lingua hebraica, ut docet Iosephus in libris antiquitatū. significat libertatem. Quidam inter quos est Nicolaus de lira tradunt hebraico uocabulo buccinā iobel nūcupari: Vnde iubilei nomē inclinatū sit: propterea q̄ buccino tubæ & clangore. mense septimo iubileus denū ciabatur. Petronius arbiter iubileū annū remissiuū significare auctor est. Itē eo pētateuchi libro: qui inscribitur numeri. Iubileus interpretatur annus remissionis. Sicut ergo apud iudeos iubileo remissio dabatur rerū corporaliū. sic nunc apud christianos. indulget̄ remissio uel ut utar uocabulo Cypriani. Remissa peccatorū atq; noxarū. legitimus autem iubileus est quinquagesimo quoq; anno. qua in re subit admirari iudaicam institutionē: quæ ex contēplatu numeri septenarii: qui numerus est perfectissimus: iubileū obseruandū præcepisse uideri potest. Septē enī annorū ebdomades. hoc est anni septies septenī cōficiūt climactera uitæ humanæ periculōsū. ut merito post numerū potentissimū eūdēq; ī hominibus efficacem. De quo ī libello Septem sapientū copiose diserui: subsequat̄ annus iubileus plenus bonorū. & beatitatis: quē cūcti mortales faustū fortunatūq; ac felicem ominātur & optant: quo cupimus animis corporibusq; defecatis mundi puriq; & perinde fœlices reliquum æuū posse traducere. Sicut ergo prisci: quorum institutionibus: uita no

stra formatur: Calendis Ianuarii principio anni auspiciantur suas quisque artes: & litibus supersedebant Cal. Iana & dulcia gustabant. ut felici auspicio totus annus iret rii auspici & fortunatus. ita nos anno iubilei. hoc est annus cabantur no libertatis/anno remissionis/anno sanctificationis/ artes. anno optatissimo/ ad quem mortaliu uota suspirant auspicabimur una cum nostris cometariis. A sinu Apuleianum. uere aureum. uere bracteatum. ut aureo feliciq; auspiciatu. uita nostra feliciter & fortunate progrediatur: ut possim deinceps comentando. legendo. scribendo prodesse nepotibus. posteritatiq; consulere. & ut nos ingenii monumentis uixisse testemur.

Epilogus.

Habetis uiri clarissimi sententias populares. non populari opinor trutina examinatas a nobis. sed morali potius & litterata statera ppenfas. habetis puerbia quorum usurpatio minime ludicra uideri debet: cum his scateant uoluntia Philosophorum. cum his non abstineant sanctarum legum coditores. Denique cum scriptores omnibus in li genus puerbiis pinde ac codimētis libros suos referant. quorum hodierna explicatio & si iam quadam tenus sophorū. lectionibus nostris accommodata est. nunc maxime adglutinetur & coherenter adherescat.

Vulgares sententiae sunt proueria. Vulgares scriptores sunt Virgilius & Cicero, Quid enim magis

Vulgaris in ore uulgi est, qd usu populari magis detritū. Doc
 res Virgii ti indoctiq; / urbani & rustici opifices omnes pueri
 li⁹ & M. mulierculæ Virgilium Ciceroneq; nouere. nihil uul
 Tullius. gare magis. uterq; quotidie excutitur quotidie com/
 Quot ca probatur. & cū ex illo puerbiali uerbo / quot capita
 pita / tot tot sententiæ fiat: ut scriptor qui unī placet / alteri dis/
 sentētiæ. pliceat. quod unus & alter probant / plusculi impro/
 bent: in Virgilio Ciceroneq; probando conspirant
 omnes tam amuseti q̄ litterati. Nec tam pedibus
 q̄ animis uadunt In eādē sententiā laudationis /
 lamq; utriq; sibi hoc laudis prope peculiariter uē
 dicauerunt: ut appellatione Oratoris. M. Tullius.
 Orator Apellatione poetæ Virgilius significantur: quorum
 Tullius. duorum uirtus non indiga ullius præconii amplius
 Poeta est: Tanta claritas superfluit. Prouerbiorū doctrina
 Virgili⁹. seria est & frugifera ut docuimus & medulla succo/
 fior. Maronis. & M. Tullii doctrina q̄ seria q̄ frugife
 ra sit & medulla succosa. qui nescit nihil prius scit:
 qui ignorat / nihil non ignorat. qui duo scriptores.
 quanto magis leguntur. tanto magis legendi sunt /
 quorum lectio pueris necessaria. iuuēibus utilis / se /
 nibus periucūda. deniq; illi se profecisse sciant. qui /
 Prouer bus Cicero & Virgilius ualde placuerūt: q̄ haud du
 bium. bie ostendunt uerum esse prouerbiū illud. πολλοι
 πολλοι μαθηται κριττομεσ διδασκαλω. Multi di/
 μαθητ scipuli meliores præceptoribus. Nā q̄ Maro. & Cice
 ται, ro longe doctiores Doctoribus suis fuerint, nemo

unq̄ homo dubitauit: cum doctrina illorū. & nomi
na in uulgus ignota sint. aut per discipulos cognita:
Grāmatici tradūt Sirronem epicureū fuisse Virgili
præceptorem. non ne hic inglorius ignobilisq; est
cum discipulus sit gloriofissimus. in dyltissimusq; e
M. Tullius perinde ac gratus discipulus hanc gra
tiam suis magistris rependit. q̄ eos laudabiliter cele
brat. & honorifica nuncupatione percenset. In tan
tum dissimilis istis. qui præceptores suos. nō solum
parentis loco non habent: ut præcipitur: sed eos clan
culo in angulis uellicāt cōuiciisq; proscindūt ac ob
trectant. Ita gloriam indipisci sperantes: si doctori
bus derogauerint: Veræ prorsus laudis expertes.
nam qui obtrectatione præceptoris famam aucupa
tur infamiam inuenit: & in omni proborum cœtu
exibilatur: exploditur ut improbus: formidatur ut
uipera fitq; odium publicum; non secus q̄ qui pa
rentibus maledixerit. & enim præceptor Animorū
parens ac formator est: quem nisi omni uerborum
honore prosequamur: nisi ubiq; locorum. ubiq; ho
minum honorifica mentione dilaudemus: Impii ne
farii scelerati meremur uuncupari. Quanto magis
ingenue & sancte & officiose agit. M. Tullius no
ster. qui nominatī magistros suos celebrat. uidelicet
in arte oratoria Menippum stratonicēsem: tota asia
illis temporibus disertissimum. & Dionysium ma
gnetem. Xenoclem adramytenum. Cūprimis uero

Contra
maleuo
los disci
pulos.

Magister
animorū
parens.

Præcepto memorat Apolloniū Molonem rhodiū clarissimū
res .M. tunc dicēdi magistrū: in dialectica Diodorū stoicū.
Tullii. In philosophia philonem & Antiochū. quos omnis
fama obscura recondidisset. & uetustas oblitterasset:
nisi discipuli gratissimi monumenta illorum nomi-
na perire non sinerent. Qui fuit tanto maior docto-
ribus/ quanto maius est dare lumen q̄ accipere: & sa-
ne fuit necessarium / ut discipuli meliores magistris
existerent , alioqui ingenuæ disciplinæ omnes iam
decoxissent. Iā ad nihilū artes fere oēs rediisset: quas
cernimus ad sūmum fastigium peruenisse: dum pro-
ficientibus īgeniis prouerbiū hoc quotidie cōproba-
tur . πολλοι μαθηται κριττομεσ διδασκα-
λων multi discipuli meliores præceptoribus . Ego
quātum ad me attinet cōnixus sum pro uiribus dies
noctes incudem hāc litterariā tūdendo/ ne præcepto

Præceptō re meo Francisco puteolano homine ut tunc tempo-
meus frā/ ra ferebant/ eloquentissimo eruditissimoq; deterior/
ciscus pu neue minor existerem. An id assecutus sim aliorum
teolanus. sit iudicium. in hoc haud dubie laudandus. q̄ ausus
sum q̄ uolui q̄ ualui decertare cū illo/ ea uidelicet cō-
tentione: quæ honestissima est. In qua uincē & uin-
ci per æque pulchrum atq; magnificum est . nam ut
inquit ille in magnis & uoluisse sat est. Ad hoc pul-
cherrimum certamen uos omnis prouoco : ut ita me
cū decertetis: sicut ego feci cum magistro meo Frācis-
co puteolano/ quem honoris & amoris causa nomi-

no . quem omnimodis laudibus celebros . qui litteras
 litteratas / senio pene intermortuas & situ squalētes . Laus Frā
 ad lucem nitoremq; cū primis reuocauit . cui acceptū cisci pu
 refero quicquid est in me doctrinarū . eam illi merce teolani .
 dem liberaliter rependens . quam mādraytus thale
 ti . pulcherrimam perfoluit . & sane ex ludo præcepto
 ris mei tāq̄ ex equo Troiano innumeri bene litterati
 exiliere : qui ad serias mox doctrinas & questuosio
 ra studia se se laudabiliter contulerunt . Ego uero sec
 tam doctoris : nec pēitet : fauarabiliter sectatus sum .
 & una mecum Decus meū Minus Roscius : quo mi Laus Mi
 hi homo nemo amicior est : quem nobilium eruditif ni roscii .
 sinum . Eruditorum nobilissimum appellare meri
 to consueui : qui in hac politiori litteratura tantum
 profecit / tamq; est emunctus & tersus : ut meum esse
 condiscipulum Symmysten consecretaneum possis
 agnoscere : Cæterum ut domum repedemus . cupio
 & opto a uobis in hac pugna litteraria superari . in
 qua discipuli uictoria ad gloriam redundat magi
 stri superati . & enim laus est præceptoris discipuli
 profectus . Ita mecum cōtendite . ut Virgilius . & M . Pulcheri
 Tullius cum suis præceptoribus cōtenderunt : quos ma posses
 pulcherrimo in certamine uictos plausibiliter præ sio doctri
 terierunt : Planissime ostendentes uerissimum esse na .
 hoc prouerbiū . πολλοι μαθητοι κριττομεσ
 διδασκαλων . multi discipuli præceptoribus me
 liores . Pulcherrima possessio homini doctrīa est . ut

musæ Græcorum testantur . canentes καλλιστομ
εστιν κτημα παιδια βροτοις . compotes uos
huiusce tam præciosæ possessionis facient . M. Cice/
ro . & Virgilius Eloquētia in hereditate mortalibus
relicta . Quorū uolumina sunt prato simillima . Nā
sicuti in eodem prato bos herbam querit : canis lepo
rem . ciconia lacertam . uillica fungos . uirguncula flo
res : Ita grāmaticus Poeta Orator . philosophaster
suis quisq; studiis aptissima colligent ex Ciceronis
Maronisq; penoribus . Quorum pabulum est citra
fastidium . eoq; ingenia maxime puerilia ac Iuueni
lia sunt sagināda . & cū alios dulcia / alios salsa / alios
austera / alios subamara delectent : Ciceroniana fer/
cula & Maroniana mire faciunt ad palatum omniū
& stomachū . Nos uero instar archimagiri pulmenta
ria Ciceronis & Maronis per se esculenta cōdimen
tis quoq; nostris esculentiora facere tentabimus . &
cum similitudo fastidii mater sit : ea conditurarū ua/
rietate condiemus : ut succum scitissimi saporis lon/
geq; noto dissimilem . gustātibus uobis edulia Tul
liana & Maroniana habere uideantur .

Quod reliquum est uobis gratias ago & habeo
multiugas . qui me audiuiſtis non ut pharmacopo
lam : Sed auscultastis diligenter & libenter . ut orato
rem . & ut Oratio prouerbialis a prouerbio inchoata
prouerbio quoq; terminetur : uellem / ut adagium est
græcorū αυτιπελαργειμ idest gratiam rependere

Similes
prato . tul
lius &
maro .

Saginan
di pabu'
lo . Tul . &
Virg .

Similitu'
do fasti/
dii mater .

Prouer/
bium .
Antipe/
largein .

posse. quod illi ūsurpant de his qui gr̄atiam beniuo-
 le reponunt. πειραγοι enim idest ciconiæ senescē
 tes parentes educare eosq; senio lassescētes ac ala-
 rum remigio defectos subl euare humeris. ac succol-
 lare dicuntur: Vnde ciconia auis pia uocatur. & An- Ciconia
 tipelargosis remuneratio retributioq; beneficiorum pia.
 nominatur. indeq; ortum est prouerbiū hoc αμτι- Antipe-
 πειραγαμ: quod beneficium retribuere & gratiā largosis.
 referre significat: Cuius enarratio in calce orationis
 hodiernæ sit uobis pro gratiarū actione. & huiusce
 officii scholastici remuneratione.

F I N I S.

Philippi Beroadi Oratio prouerbialis Impressa
 Bononiæ p Benedictum Hectoris chalcogra-
 phum accuratissimum Anno Salutis.

M . Vndequingentesimo. Die
 xyii. decēbris sub diuo Ioā-

ne Bentiuolo secun-

do de patria be-

ne meri-

to.







Exp. completo con 28 fls.

